parentem suam in administratione et usu sucusque derelictam de gestitam suf-
ficientem et plenariam satisfactionem quietat et liberos facit perpetuum 94
silentium illis et eorum successoribus imponen. Personali recognitione mediante.

G. Woynowna Renunciat

Coram officio et actis praesentibus castren. Capitan. Brunscen. personaliter comparens Generosa
Regina Woynowna ad praesens Generosi Joannis Skiwski Vicecapitanei castren.
Drohiczien. consors legitima cum eiusdem mariti sui tutoris coniugalis sic ibidem
circa se stantis et ad omnia infrascripta consentientis personali assistentia et con-
sensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit.
Quia ipsa reformationi Generosae Catherinae Gorkowska matri suae in anno praesenti per
Generosum Stanislaum Woyno super summam Mille Quingentorum Florenorum Polon. in bonis
Pogorzel et alibi ubivis consisten. factae et inscriptae renunciat imo submittit se
cum suis successoribus quoad post fata matris suae sortem eiusdem reformationis se
concernen. quae iure sanguinis ipsam concernere deberet apud successores eiusdem ma-
tris suae ac Generosi Stanislai Woyno non recipere nec volebit repetere. Hac sua
praesenti personali recognitione in praemissis mediante.

Inter Generosos Skiwski et Woynowna Advitalitas

Coram officio et actis praesentibus castren. Capitan. Brunscen. personaliter comparentes Generosus
Joannes Skiwski Vicecapitaneus castren. Drohiczien. ab una et Generosa Domina Regina
Woynowna consors ipsius partibus ab altera sani mente et corpore existentes palam
publice libere ac per expressum recognoverunt. Quia ipsi inter se mutuo et invicem advita-
litatem et usumfructum omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium paternorum
maternorum quaesitorum obligatoriorum et alio quovis modo et iuris titulo sese concernen.
nunc habitorum et in posterum favente divina clementia habendorum et acquirendorum ubivis
locorum consisten. summarumque quarumvis pecuniarum ad extrema vitae suae tempora faciunt
et inscribunt tali vigore modo Quod si et in quantum prius memoratum Generosum
Vicecapitaneum Castren. Drohiczien. Deo ita volente, maritum modernum de hac luce
decedere contigerit Ex tunc ipsa Generosa Regina Woynowna consors eius
Bona omnia mobilia et immobilia ubivis locorum consisten. summasque pecuniarias ma-
ritum suum quovis modo et iuris titulo concernen. cum omnibus in genere et singulis
in specie utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinen. pertinen. cohaerentiis ad praedicta

bona se referentibus nullis exceptis sed prout praefata bona in sua circumferentia continentur et in bonis mobilibus habentur tenebit habebit possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora utifruetur. Post mortem vero et decessum illius bona eadem omnia cum omnibus attinentiis in succores memorati mariti sui pleno iure devolventur et devolvi debent absque quovis impedimento et contradictione succorum suorum. Simili etiam modo si prius memoratam Generosam Raginam Woynowna quam suprascriptum Generosum Joannem Slinski Vicecapitaneum Drohiciensem maritum eius mori contigerit et tunc ipse Generosus Vicecapitaneus Drohiciensis maritus eius bona omnia mobilia et immobilia summasque pecuniarias quovis modo et iuris titulo ipsam concernentia utriusque locorum sita cum omnibus eorundem suprascriptorum bonorum utilibus attinentiis pertinentiis cohaerentiis cunctisque commodis et obventionibus universis ex eisdem bonis modo quovis et iuris titulo nunc et ab antiquo provenientibus nullis exceptis tenebit habebit possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora utifruetur. Post mortem autem et decessum illius suprascripti mariti bona eadem omnia mobilia et immobilia utriusque locorum consistentia in successores memoratae Generosae Raginae Woynowna absque quavis contradictione et impedimento succorum ipsius devolventur et devolvi debebunt. Sub amissione suae suorumque successorum totius et integrae causae. Praesentemque inscriptionem consenserunt sibi mutuo ex his actis autentice acceptam ad acta Terrestria praefati districtus absentia unius non obstante transferre inscribere et transportare. Ut quam continet eius

G. Gostkowski **Submissio.**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransciensibus personaliter comparens Generosus Joannes Slinski Vicecapitaneus Castrensis Drohiciensis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit quia Generoso Gasparo Gostkowski submisit ac se de bonis suis quae alter omnibus inscripsit bona in bonis Woyny et Brzoski sita summasque quasvis Generosae Raginae Woynowna consortis suae modo quovis et iuris titulo servientes sine scitu et voluntate eiusdem Generosi Gostkowski avunculi non disponere nec ea quovis modo alienare, imo si et in quantum alienatio aut dispositio cum consensu ipsius intercederet extunc summam totalem perceptam in bonis fixis et aequivalentibus in rem et personam eiusdem consortis suae inscribere. Sub vadio octo millium Florenorum grossorum Polonicalium. Ut coram officio Castrensi Capitaneali

Drohiciensi